



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Navis. Ex Luciano. Descriptio CXLIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

N A V I S.

Ex Luciano.

Descriptio CXLIII.

Αλλά μεταξὺ τῶν λόγων ἡλικὴ ναὺς εἰκοσι καὶ ἑκατὸν πήχεων ἔλεγεν ὁ ναυπηγὸς τὸ μήκος, εὐρὺ δὲ ὑπερὸν τὸ τέταρτον μάλιστα τέρψ, καὶ ἀπὸ τοῦ καταστρώματός ἐς τὸ πυθμένα ἢ βαθύτατον κατὰ τὸν ἀντον, ὀνεία πρὸς τοῖς εἰκοσι, τὰ δὲ ἄλλα ἡλικὸν αὐτὸ ἰσὸς ὄστω δὲ ἀνέχει τὴν κερῶσαν, οἷον δὲ πρότονον κέχρηται, ὡς δὲ ἢ πρόμνα αὐτὸ ἐπανεστῆκεν ἡρέμα καμπύλη χρυσῶν κοινίσκων ἐπιτεκμενῆ, χειταντικρὺ δὲ ἀνάλογον ἢ πρῶτα ὑπερβέβηκεν ἐς τὸ πρόσω ἀπὸ μηκυνομένη τὴν ἐπιώνυμον τῆς νηὸς θεὸν ἔχουσα, τὴν ἰσὶν ἑκατέρωθεν.

Ὁ αὐτὸς δὲ ἄλλο κόσμος, αἰχρεφαί, καὶ ἱστία τὸ πρᾶσιον πυραυγίς, καὶ πρότῳτων αἰγκυραί, καὶ τροφεῖα, καὶ περιαγωγῆς, καὶ αἰ μετὰ τὴν πρόμναν οἰκήσεις θαυμάσια πάντα μοι ἔδοξε, καὶ τὸ τῶν ναυτῶν πλῆθος στραπέδω ἂν τις εἰκόσειεν ἔλεγτο δὲ καὶ τοσούτων ἀγειν σίτον ὡς ἱκανὸν εἶναι πᾶσι τοῖς ἐν τῇ ἀπικῇ ἐνιαύσιον πρὸς Ἰσοφίμ.

Sed interea dum sermone serimus, quanta nauis hæc centum, & viginti cubitos in longitudinem porrecta: latitudine autem supra quartam maximè partem mensura huius patens: tum à summis foris, ad summum vsque, quo profundissima est, eo loci videlicet, quo sentina defluit, nouem, & viginti eubitos alta. Præterea autem quantus malus, quantamque sustinet antennam: quanto autem rudente vititur: ut autem ipsa quidem puppis paulatim affurgit inflexa, atque aureum anserculum superne habens, impositum: è regione vero equa proportione prora prominat, in anteriorem partem, longe porrecta, cognominem nauis Deam lisdem videlicet, utrimque addita habens.

Nam cætera quidem ornamenta uti pictura, & veli flammeus ille, atque prasinus color, & ante hæc, anchoræ quoque, & vertendi circumagendique instrumenta, & habitaculones illæ post puppim, omnia admiratione digna visa mihi sunt. Iam, & nautarum multitudo, cum exercitu comparari posset, dicebatur autem tantum frumenti numerum portare, quantus in annum victum sufficere omnibus in Attica posset.

S C Y P H V S.

Ex Turfelino.

Descriptio CXLIV.

HENRICVS III. cum Lauretanam Virginem, publicis implicitis negotijs visere, ac muneribus colere ipse non posset, Lusitanum vnum ex proceribus Galliaæ suo loco ad eam destinauit, cum regali munere, anno M. D. LXXXIV. donum votiuum, Scyphus egregius erat, Virgini ut

virilem Regi, regnoque stirpem impetraret, munus, & materia, & opere maxime insigne, Scyphus ipse, ex gemma excavaata lapidem Lazuli vocant hodie (ut quibusdam placet) saphyrum appellabant. Hæc gemma eximia magnitudine est, & aureis intermetit venis. Operculum Scyphi crystallinū tornatile, quod auro circumclusum clarissimæ gemmæ distinguunt. Porro in summo operculo Angelus aureus Gallici regni insigne Liliū adamantinum sustinet manu. Constat quippe liliū ex tribus adamantibus mira arte alligatis. Scyphi pes smaragdinus auro obducitur, atque sub-